

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus I
cum uariis

In hoc mundo cum nostris temptacionibus nascimur; et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere, aliquando autem seductrix in malo. Si igitur ei plus quam debemus tribuimus, hostem nutrimus; et si necessitati eius que debemus non reddimus, ciuem necamus. Sacianda itaque est caro sed ad hoc usque ut in bono opere nobis sufficiat. Nam quisquis ei tantum tribuit ut superbiat, saciari penitus ignorat. Ars itaque magna est saciari ne unusquisque per sacietatem carnis ad iniquitatem prorumpat turpitudinis.

Gregorius omelia VII. secunde partis Ezechielis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

eius] ei P V¹ V²; debemus] re *add. (del. sub lin.)* B; sacianda] satienda L²; itaque est] est itaque P V¹ V² L¹ L²; ut *om.* M; VII.] 5. V² L¹, 3. L²